



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De quatuor Hominum nouissimis - Qvi Qvidem Sacri Adventvs Qvatvor
Hebdomadis accommodati: Sed & Concionvm Fvnebrivm materiam
abunde suppeditant

Besse, Pierre de
Coloniae Agrippinae, 1620

Carmen ad Librum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56226](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56226)

A P P R O B A T I O.

NOs infra scripti Doctores SS. Theologiæ in alma Vniuersitate Parisiensi, deputati à dicta Vniuersitate ad legendum, examinandum, & visitandum libros, notum facimus legisse & visitasse **CONCEPTVS THEOLOGICOS** super quatuor hominis nouissima, &c. Authore M. PETRO de BESSE, Doctore dictæ facultatis, neque in eis quidquam reperiri, quod Sacris litteris, Canonibus, & traditionibus Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ Rom. contrarietur, sed ob insignes conceptus, meditationesque eruditione & pietate plenissimos, dignos, qui prælo mandentur. Datum Parisiis, 1. Julij, Anno 1616.

A. Soto.

Io. David.



C A R M E N

ad Librum.

Quid portat nouus hic noui libellus?
Instructore nouo, nouo paratu,
Donatus nouiter latinitate.

Antiquissima continet nouorum?
Et Nouissima continet nouorum,
Quæ currente die nihil senescunt,
Sed priscis noua patribusque auique.
Et seris noua filiis videntur:
Nam Nouissima sunt Nouissimorum.

A L I V D.

Iamne iterum volucres cælo venere quadrigæ.
Et via fidereis panditur alta iugis?

Flammea Thesbyren rapuere vehicla, sed & quid?

Falsi retrogradas credimus ire rotas?
Est nouus hic currus, faber & nouus, inside vector.
Vt nouus à Besso sede locere noua.

A L I V D.

Quis tantas fieri puter quadrigas?
Aut molem quatuor strui rotarum?
Per terram ac tumulos vagatur vna,
Immiti fodiens sepulchra cantho.
Currit per medias secunda nubes,
Anceps iudicij vehens tribunal.
Carnes tertia conterit sub Orco,
Flammæ tribulis, rubisque mixtas,
Quæ quarta est, areas poli pererrat,
Triturans patientiæ sementem.

L. T.

A R G V.